

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Türkische Texte mit französischer Übersetzung - Cod. St. Märgen 1**

**[Straßburg?], [um 1720]**

Caput secundum

[urn:nbn:de:bsz:31-161021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-161021)



ge, Principe, &c. dices repetendo انلر بوجون قالقديلر *anlar bu gün kalktyler*, hodie discesserunt, *pro* او قالقدى *o kalkty*, ipse discessit, uti in superioribus exemplis حضرتلري *hazretleri*, eorum Majestates, *pro* ejus Majestas.

Sic in prima persona, sæpe loquuntur etiam Infimi per pluralem numerum, dicendo nos, *pro* ego, بن *ben*, *pro* بن *ben*, sapius quam سز *sz*, vos, *pro* سن *sen*, tu, *aut* انلر *anler*, ipsi, *pro* اول *ol*, vel او *o*, ipse. Contra verò Imperator illorum rarius Plurali utitur, sed loquitur in Singulari etiam in publicis Literis & Diplomatis Capitulationum, ubi dicit بن ک *ben ki*, &c. ego, qui, &c. ubi nostri Principes dicerent, Nos, qui, &c.

Tu verò, quando alloqueris parem, minorem, aut paulò majorem te, dicas liberè سن *sen*, tu; superiorem verò si alloquaris, rectè dices سز *sz*, vos, continuando sermone in plurali numero, & parcius utere جنابکر *genâbün-üz*, Dominatio vestra, &c.

Si verò de te ipso loquaris, ad libitum dic *vel* بن *ben*, ego, *vel* بن *ben*, nos, *aut*, si vis civilius & quasi Aulicè ac doctè loqui, dic بندهک *benden-*, vel بندهکنر *benden-üz*, دوستکنر *kutün-üz*, vester servus, *h. e.* ego, qui sum vester servus, *vel* similia adhibe دوستکنر *dostün-üz*, خیر خواهکنر *chairchâbün-üz*, دعاگیرکنر *du-âgin-üz*, amicus, benevolus vester, *aut*, ut in Literis frequentissimum est, præfixo بو *bu*, بو دوستکنر *bu dostün-üz*, بو بندهکنر *benden-üz*, hic amicus, servus vester, *h. e.* ego. Et certè hi loquendi modi frequentissimi sunt apud Turcas civiliores, unde etiam dicunt بنده خانه *bende châne*, *pro* بنم خاندم *benüm chänem*, mea domus, *vel* habitatio, *q.* servi domus. *La casa del vostro servitore.* Religiosi autem & pietatem præ se ferentes sæpe dicunt بو فقیر *bu fakyr*, hic pauper, *pro* ego, & اکسکلؤ *eksiklü*, defectuosus, pariter *pro* بن *ben*, ego. In continuatione autem colloquii ad Superiores, repete sæpius سلطانم *sultânüm* (aut Synonyma) quasi dicas, mi Princeps, mi Domine, *uti dicunt Galli*, Monsieur, Mon maistre, &c.

Utuntur porò aliquando ad Supremos, Principes, Reges, tertiâ personâ ad modum Germanorum in der Herr / *v. g.* سلطانمه معلومدر *sultânüme me-lümdür*. Notum est Dominationi vestræ. Es ist meinem Herren wol bewußt. Sic پادشاهم صاغ اولسون *pâdisâhüm sagb olsün*. Sit Majestas vestra sana, quasi Rex meus sit sanus, vivat. پاشام صاغ اولسون *pâshâm sagb olsün*. Sit meus Balsâ sanus, &c. & hæc ferè omnia valent etiam in Arabicis & Persicis.

Quibus præmissis agamus de ordine constructionis.

## CAPUT SECUNDUM

### De ordine constructionis.

**H** Ungari in constructione multa habent communia cum Turcis; Germani etiam multa, *v. g.* Verbum debet esse semper regulariter in fine, ut apud Germanos plerumque, ita ut aliquando periodus protrahatur ad integram paginam & ultra, nec inveniatur nisi in fine Verbum personale, à quo cætera antecedentia dependent, ut sunt Gerundia in وب *üp*, بچک *igek*, مکین *megin*, & expressa per præpositiones, ut اکله *mekle*, مکله *mekle*, دکنن صکره *dükten son-ra*, دوکی اجلدن *dügi egilden*, & similia.

In familiari tamen sermone, & *pec.* in verlu, accidit interdum, ut postponamus casum verbi, præsertim determinatum, ut اصلجغی *urđum asylâgiaghy*, percussi eum nequam, ویر بنا *wir ban-a*, da mihi. وارال کتور اول کتابی *wur al getür ol kitâbi*, vade, accipe & adfer illum librum; quanquam & regulariter possit dici, immò fortassè meliùs dicatur وار اول کتابی کتور *war ol kitâbi getür*. Item quemadmodum apud Germanos præponitur Genitivus Substantivi alteri Substantivo, à quo regitur, sic & apud Turcas, immò illi aliquando, ut Turcæ semper, addunt possessivum seim / ut desß Herren seim Diener / اغانک قولی *aghanün-kuly*, vel خدمتکاری *chydmetkârî*; ut & Adjectivorum cum Substantivis apud utrosque eadem videtur in eo constructio, quòd illud semper & regulariter præponatur, ut بر کوزل آدم *bir güzel âdem* (non آدم کوزل *âdem güzel*) Ein schöner Mann (non ein Mann schöner) Præpositiones nomini postponuntur, ut in Hungaricis, ideoque postpositiones potiùs vocandas esse superiùs dixi, *e. g.* اتدن *etten*, à carne, *ab* ات *et*, caro, & postpositione دن *den*, a, ab, Hung. Hústól, à carne, *ab* hús, caro, & postpositione تöl, a, ab. Sed hæc in purè Turcicis.

Cæte-



Cæterum in ordine constructionis, Nominativus Verbi, ut plurimum, primum locum obtinet, nisi adsit aliqua particula, conjunctio, adverbium aut interrogativum, quæ in omnibus Linguis ferè semper ponuntur ab initio, ut sunt *اگر* *ager*, si, *کیان* *kacian*, quando, *زیرا* *zirā*, nam, *چونکه* *ciunki*, cum, quandoquidem, &c. Unde si casus Verbi sit interrogativus, præponitur Nominativo, ut *اگر اولدردی کانغیسی اگها öldürdy?* Quem eorum occidit Dominus? Alibi etiam eundem præponi reperies, *pec.* in relatione, ut *ویریلان برات عالیشانک صورتی اشبو دارنده حروف فلان بدون* *wirilen berati âlisânun- sûretini işbu dârendei huruf fulân bûdân diwânine getürmis idy.* Concessi Diplomatis, seu Privilegii Regii copiam Lator præsentium N. ad Curiam Budensem attulerat. Si casus Verbi sit Dativus, potest etiam præcedere Nominativum, ut *سا کیم دیویرمش* *san-a kim dijuvirmis?* Tibi quis dixit? Si Verbum duos casus regat, Dativus melius præponitur Accusativo, seu alteri casui Verbi, ut *اگها بان-ا بیر عیجه ات باغشلا دی* *agha ban-a bir ejüje at bağhyslady.* Dominus mihi donavit bonum equum. Adverbia, si adsint, immediatè ante Verbum plerumque ponuntur; præpositiones autem & alia adjuncta post Nominativum Verbi, aut variè post casus Verbi aut Adverbium, immò etiam ab initio propositionis, ante ipsum Nominativum aut alibi juxta exigentiam sensus, euphoniæ, & usum linguæ.

Atque inter alia sint hæc regulæ generales 1. Regens debet semper postponi suo recto, seu casui quem regit, ideoque Verbum, quod omnia regere videatur, ultimum orationis locum obtinet. 2. Substantivum Adjectivo suo postponitur, ut & alteri Substantivo quod regit in genitivo, ut ubique advertes in exemplis allatis & adferendis. Sed horum ferè omnium contrarium evenit in lingua Arabica, ut paulò inferiùs explicabitur.

Quòd si interrogatoria fuerit locutio, nota primò, quòd si non adsit ullum nomen, pronomen aut particula interrogativa, debet necessario apponi *می* *mi*, nè, an? Dico apponi seu affigi, aut nomini, si illud afficit, ut *اگها می کندی یوخسه قولى* *aghami gitty iochse kulmi?* Dominusne abiit, an servus? aut verbo, si magis illud spectet, ut *اگها کندی* *agha gittymi!* abiitne Dominus? Gall. Monsieur'en est il allé, ou est il parti? In altero autem exemplo deberet dicere: est-ce Monsieur, vel est-ce un Maître qui est parti, ou bien un valet? quòd etiam Turcicè sic reddi optimè potest *اگها می در کیدن یوخسه قولى* *aghamidür giden iochse kulmi, q.* Estne Dominus, qui abiit, an servus? Nota secundo, quòd, in personis verbi, quæ habent affixum Verbum auxiliare Substantivum, illud *می* *mi* debet interferi inter utrumque seu affigi immediatè illi Participio verbi primarii, v. g. *گیدرمی* *gidermi*, ibitne? *گیدرمیسن* *gidermissyn*, ibitne? *گیدرمیم* *gidermiim*, ibitne? *گیدرمیز* *gidermiyz*, ibimusne? *گیدرمیسز* *gidermisyz*, ibitne? *گیدرلمی* *giderlmi*, ibuntne? Sic *گیتسونی* *gitsünmi*, eatne? *گیدلمی* *gidelmi*, eatne? *گیدلمی* *gidelmi*, eatne? *گیدلمی* *gidelmi*, eatne? *گیدلمی* *gidelmi*, eatne? &c. Si autem adsit particula aut nomen interrogativum, tunc non adhibetur *می* *mi*, ut *اگها کندی* *kanda gitty*, quòd ivit? *کیان کندی* *kacian gitty*, quando abiit? *کانغیسی کندی* *kanghysy gitty*, quinam eorum, vel uter abiit? Quòd si addatur differentia, redit *می* *mi*, v. g. *اگها می کندی کانغیسی کندی* *kanghysy gitty aghami kulmi?* uter abiit, Dominusne, an servus? & sic de aliis.

Quòd si tu interrogeris, respondebis affirmativè per *آود* *ewwed*, *ewed*, *ewet*, *بلی* *beli*, *بس* *bes*, *آویله در* *öyledür*, ita, etiam, ita est, *ja / si*, *ouy*, *âle / tâl iest / & similia*, & negativè per *دک* *değül* (quod *deil* ferè pronuntiant) *یوق* *jok*, vel civilius *خیر* *cheir*, non. Vel tutius respondebis, ut ipsi frequentissimè faciunt, repetendo verbum, quòd sæpe fit in Latinis & Polonicis, e. g. *واردی* *wardün-mi*, ivistine? Resp. *واردم* *wardüm*, ivi, *واردم* *warmadüm*, non ivi. Sic *گوردی* *gördün-mi*, vidistine? *گوردم* *gördüm*, vidi, *گوردم* *görtmedüm*, non vidi, absque relativa repetitione antecedentis, nihil enim superflui solent adscribere, quòd absque hoc intelligi possit, secus apud Germanos, Italos, Gallos, ubi deberet dici. *Ich bin dahin gegangen / vel ich bin dort gewesen / & ich habß gesehen. Vi sono andato, vi sono stato, & l'hò veduto. J'y suis allé, j'y ay esté, ie l'ay veu.*

In Arabicis ordo constructionis est paulò difficilior diversusque à Turcico, ut dixi: præponi enim solet regens recto, uti verbum præponitur suo Agenti, seu, quem regit, Nominativo, sic dicitur *قام زيد* *kāme zejdün*, surrexit Zeidus, nam si dicatur *زيد قام* *zejdün kāme*, tunc *زيد* *zejdün* non dicitur regi à verbo, seu esse Nominativus verbi, sed dicitur



مبتدأ mübtediün, q. inchoatum, i. e. basis totius orationis, seu subjectum enuntiationis, cujus prædicatum dicitur reliqua pars enuntiationis, quæ vocatur خبر chaberün, prædicatio, enuntiatio, seu prædicatum, enuntiatum. Nominativum autem verbi seu agens ejus in proposito exemplo dicunt Arabes esse subintelligendum, seu مضمّر muzmerün, pronominale, قام kâme, quasi esset, زيد قام هو zaidün kâme hüwe, Zeidus, surrexit ipse.

Nomen pariter substantivum regens alterum in genitivo, quod Arabibus dicitur مضاف muzâfün, annexum, (prout, quod in Genitivo regitur, dicitur مضاف إليه muzâfün ilejbi, cui annexum est) præponi necessario debet, ut زيد غلاما ghulamü zeidin, servus Zeidi.

Sic Adjectivum postponitur suo Substantivo, ut كتاب عظيم Kitâbüñ âzýmün, liber magnus, libro grande, الكتاب العظيم el kitâbüñ âzýmü, liber magnus, il libro grande. Unde si Annexum seu Substantivum regens alterum in genitivo, habeat secum concordans Adjectivum, quia annexum separari non debet ab eo cui annectitur, seu ab illo genitivo quem regit, ideo utrique postponitur Adjectivum, ut رأيت ملاك الله العزيز reejtü melâkallâbil-âzize, vidi angelum Dei fortem; & si vitanda sit amphibologia, dici poterit رأيت ملاك الله العزيز reejtü melâkallâbil-melâkel-âzize, vidi Angelum Dei, angelum fortem, ne nimirum putetur esse رأيت ملاك الله العزيز reejtü melâkallâbil-âzizi, vidi Angelum Dei fortis, gloriosi, &c.

Ordo igitur hic erit constructionis, primò, si adsit, Mübtedaum seu subjectum orationis independens ab alio, deinde prædicatum, aut, si absit Mübtedaum, primò erit Verbum, deinde agens seu Nominativus verbi, tum casus seu patiens ejusdem, &c. deinde Adverbia seu adjuncta nomina quasi adverbialiter in accusativo posita modum actionis aut etiam essentiam rei explicantia, & præpositiones cum suis casibus, &c. quæ melius usus & lectio librorum tibi patefacient.

In interrogazione sæpe præmittitur particula *! e*, num, an, ne? ut زيد عندك *! e* zaidün yndeke, estne Zeidus apud te? De reliquo ut in aliis linguis.

Liberior in Persicis est ordo constructionis ad Turcicum in multis accedens, at in constructione duorum substantivorum, & adjectivi cum substantivo cum Arabico conveniens. Adjectivum enim semper postponitur suo substantivo, & annexum præponitur ei cui annectitur, h. e. substantivum regens alterum in Genitivo huic præponitur, ut in Arabicis, ut روي ماه *rûi mâh*, خوب *rûi chûb*, وجه حسن *weghün hæsenün*, كوزل يوز *gûzel jüz* pulchra facies, روي ماه *rûi mâh*, وجه القمر *weghün-kameri*, آيك يوزي *âjün-jüzi*, facies lunæ. Quòd si eadem in verso modo invenias خوب روي *chûbrûj*, روي ماه *rûi mâh*, scias esse composita & instar unius vocis proferenda, aliamque significationem inferre, nimirum خوب روي *chûbrûj*, Turc. كوزل يوزلو *gûzel jüzlü*, Lat. pulchræ faciei, aut pulcher facie, faciem pulchram habens, روي ماه *rûi mâh*, Turc. آيك يوزلو *âj jüzlü*, faciem habens lunæ, seu instar lunæ formosam, &c.

Atque innumera hujusmodi fiunt composita tam Persica quàm etiam Arabica, quibus refertos vel ipsorum Turcicorum Scriptorum comperies libros.

Unde, antequam ad magis speciales regulas syntaxeos veniamus, agendum videtur serò de iis, quæ ex Arabica & Persica lingua veniunt in usum in lingua Turcica.

Ex Persicis & Arabicis omnia nomina tam simplicia, quàm composita, unde & participia ac adverbia adhiberi possunt in Turcica præsertim scriptione, v. g. pro طوشان *taw-sân* i. Lepus, invenies passim in libris Turcicis Arabicum ارنب *erneb*, lepus, & Persicum خرگوش *chergûs*, lepus. Et sic de omnibus fermè aliis, demptâ in Arabicis nunnatione aut vocali ultimæ consonantis, nisi adsit annexio, seu duorum substantivorum copulatio, de qua inferius.

Præterea præpositiones ferè omnes sive separatæ sive inseparabiles, & nonnulla pronomina, adverbia, conjunctiones, & interjectiones utriusque linguæ veniunt pariter in usum linguæ Turcicæ.

Item



Item Pluralia nominum utriusque linguæ sæpe adhibentur, licet sæpe turcizata more Turcicorum nominum inflectantur.

Porro Infinitivi, seu Nomina verbalia actionis, loci, temporis, instrumenti, vicis, &c. Arabica, Participia, aliaque derivativa nomina variarum formarum, ut in etymologia habuisti.

Potissimum autem Infinitivorum Arabicorum usus est frequentissimus, non solum in Turcica sed & in Persica lingua. Illis enim addunt sæpissimè auxiliare suum ad significandum id, quod per se apud Arabes significat ille Infinitivus, e. g. تسلیم ایتمک *teslīm itmek* tradere, reddere, quasi facere redditionem, & in Passivo تسلیم اولتمک *teslīm olunmak*, & rariùs تسلیم اولمک *teslīm olmak*, reddi, tradi, استماع ایتمک *istimā' itmek*, audire, & استماع اولتمک *istimā' olunmak*, audiri. Huic ایتمک *itmek* synonyma auxiliaria sunt, ut antea dictum est, ایتلک *eylemek*, قلمک *kylmak*, facere, بوجورمق *bujurmak*, idem, gratiosè facere, dignari, ut تنزل ایتمک ایتلک بوجورمق *tenezzül itmek, ejlemek, bujürmek*, condescendere, تنزل اولتمک بوجورمق *tenezzül olunmak, vel bujürülmek*, condescendi impersonaliter. Si tamen hujusmodi auxiliare ponatur post participium, quod rariùs evenit, tunc pro Passivo habet اولمق *olmak*, ut حاصل ایتک *hāşıl itmek*, pro quo usit. &c. Quod si Infinitivus regat aut habeat annexum casum alterius Substantivi, remittitur auxiliare ad finem, v. g. تسلیم جان ایتک *teslīmī giān itmek*, pro جان تسلیم ایتک *giān teslīm itmek*, animam tradere, mori, quod utroque modo passim usurpatur, idemque fit in Persicis, dici enim potest تسلیم جان کردن *teslīmī giān kerdēn*, جان تسلیم کردن *giān teslīm kerdēn* (vel جانرا *giānra*) *teslīm kerdēn*, idem, animam tradere, mori.

Præpositiones verò Arabicæ & Persicæ præponuntur nominibus Arabicis aliisque, ut apud ipsos Arabes & Persas, secus de Turcicis.

Ex Persicis denique Verbis Infinitivus rariùs adhibetur à Turcis, nisi nominaliter, pro quo sæpiùs venit derivativum actionis in ش *š*. Sæpe autem adhibentur Participia tam Activa integra in ان *ān* & in ده *ende*, & compositiva illa similia Imperativo, quàm Passiva, seu Præteriti temporis, quæ fiunt ab Infinitivo, mutato ن *nu* finali in ز *z* legendum e. Circa quæ omnia Vide Cap. 6. Part. 4.

Jam verò veniamus ad constructionem singularum partium & omnium simul.

## CAPUT TERTIUM

### De concordantia nominis cum nomine.

**N**omen Adjectivum in Turcicis semper præponitur suo Substantivo immotum & indeclinatum, ut كوزل آدم *güzel ādem*, pulcher homo, كوزل آدمه *güzel ādeme*, pulchro homini, كوزل آدملرک *güzel ādemlerün-*, pulchrorum hominum, planè ut in Hungaricis. Et de hoc satis jam dictum est in Parte secunda, Cap. 4.

In Persicis autem Adjectivum postponitur suo Substantivo, quod ei annectitur annexione prolativâ, quam Arabes vocant إضافة لغاية *yzāfetün laşzjjetün*, sed in quocunque casu sit nomen annexum, nempe Substantivum, kiefrañ tantum ultimam ejus consonantem, ut بر *ber*, fructus, بر شیرین *berī širīn*, & hinc, ut vides, nihil adscribitur; sed in Nominibus in vocales desinentibus, sive per ا *elif*, و *waw*, ي *j* expressas, sive per otiosum ه *he* finale indicatas, adscribitur etiam realiter ي *ī*, vel ة *ē*; ي *y* nempe terminatis literâ quiescente ا *elif*, vel و *waw*; ة *ē* autem nominibus in ي *y*, vel ه *he* desinentibus, ut پارسا *pārsā*, religiosus, پارسای آگاه *pārsāi āgāh*, religiosus vigilans, gnarus, ایلیچی *ilci*, Legatus, بزرگ ایلیچی *ilcī būzürk*, Legatus magnus, تیهو *tihū*, perdix, تیهوی رفناز *tihūi refnāz*, perdix egregiè incedens, میوه *mīwe*, fructus, میوه شیرین *mīwei širīn*, fructus dulcis, جامه *giāme*, vestis, جامه ناپاک *giāmei nā-pāk*, vestis sordida. Utrique igitur postponitur in declinatione particula casus determinativa, ut بزرگرا گفت *ilcī būzürkrā gūft*, Legato magno dixit. آن میوه شیرینرا *ān mīwei širīnrā būchorā*, illum fructum dulcem decedit. Sed Plurali Substantivo ut plurimum affigitur characteristicæ Pluralis, manente Adjectivo in Singulari, ut